



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Ortus eius, & educatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172



BEATI
PHILIPPI
NERII VITÆ
LIBER PRIMVS.

Iesu Christiano Leon. X. Pap. ann. Philip. ætatis an.
1515. 16. 17. 18. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
19. 20. 21.

Ortus eius, & educatio.



PHILIPPVS NERIVS
Leone Decimo Floren-
tiæ nascitur xi. Kal. Au-
gusti B. Mariæ Magdale-
næ per uigilio, post mediam noctem,
anno redempti Orbis millesimo
quingentesimo decimo quinto.

Parentes habuit, Franciscum Ne-
rium, & Lucretiam Antonij Soldi
filiam.

Infanti cum sacris baptismalibus

Vitæ lib. i.

A

initia-

*Historia
huius
instio plu-
res quan-
doq; annos
simul iun-
gere cogi-
mur.*

iniciaretur, Philippi ab optimo, pioque Genitore nomen inditum.

Quintum vix iam ætatis annum attigerat, cum parentes vsque adeò reuerebatur, vt ne latum quidem, vnguem ob eorum iussis discesserit vnquam, nullamque eis molestiam, nullamque exhibuerit sollicitudinẽ.

Christi
1522. 23.
Adriani
Pap. 1. 2.
Ætatis 8. 9.

Duxerat rusticus, annos huius seculi vigesimo secundo, aut certe insequenti, Adriano Sexto Pontifice, è villa Francisci Nerij patris ad Philippi ædes asellum onustum pomis: in hunc Philippus annos tum octo, vel nouem natus vbi ascendit, continuo factum est, vt ex altissimo loco cum asello in cellam vinariam præceps rueret: accurrunt mox mestissimi parentes, & quem extinctum iam inde extrahere putabant, viuum, incolumemq; nullaq; læsum ex parte, singulari Dei beneficio, qui illum ad multorum salutem nasci facerat, inueniunt. Atqui nõ me latet B. Patrem inter maxima, quæ à Deo ac-

cepe-

ceperat dona beneficiaque hoc vnum referre solitum, quo scilicet certum interitum, Deo ad magnas res eum destinante, euaserat.

Quodam die, cum vnà cum Elizabetha sorore Clemente Septimo Pontifice, psalmos dauidicos recitaret, Catharina soror, natu maior, eos exturbare est aggressa; ergo Puerulus, vt se, atque Elizabetham ab eius eximeret molestia, Catharinam leuiter retrudit: Quod vbi pater cognouit, eum acriter corripuit. Qua ex re tantum B. Puerulus adoloris cœpit, vt culpam (si qua esse in prima illa ætatula sua poterat) vberrimis lacrymis deleuerit.

Nihil illo honestius, nihil amabilius, nihil comius: erga maiores natu reuerenter se gerebat, equalibus facilis erat, minores amplectabatur, irasci nesciebat. Quibus ille rebus assequebatur, vt nō solum ab omnibus vnicè amaretur; sed etiā vt Pipus bonus, vulgo iā diceretur: quod

Vitæ lib. I.

A 2

fanè

Christi
1524. 25. 26.
27. 28. 29.
20.
Clem. VII.
Pap. 1. 2. 3.
4. 5. 6. 7.
Ætatis 10.
11. 12. 13. 14.
15. 16.

2
*Gravissimi
auctores,
qua Sanctissimi Vi-
ri à pueris
secere po-
steritati
tradunt,
lege Atha-
nasium in
Antonio,
Venantiū,
in S. Rade-
gūde, Pau-
linum in
Ambro-*

*ſio, Geor-
gium Mo-
nachum in
Theodo-
ro Sicaota,
Petrum
Rauz. in
S. Vincen-
tio Ferrer.
Sur. in S.
Thoma A-
quin. tom.
2.*

ſanè vocabulum, nihil aliud, quàm
Philippū probū innuere videbatur.
Ergo hic puerulus in ſortē Domini
electus Eccleſias frequētabat, verbi
Dei præcones in templis, vñ decimo
ætatis anno (fuit is huius ſæculi vige-
ſimus ſextus) libenter audiebat; &
præcipuè Religioſum quendā Bal-
dolinum ex Humiliatorum familia,
de cuius eximia ſanctitate mira ille
narrabat, quæ breuitatis ſtudio miſ-
ſa facio. Porro huius ſerui Dei con-
cionibus intererat Philippus Chri-
ſti anno milleſimo quingenteſimo
vigeſimo ſeptimo.

Primam ætatem in Grammaticis
cognoſcendis, atq; tractandis totā
ferme conſumpſit: nec ſanè fruſtra,
ex eo enim ſtudio fruētum tulit ma-
ximum. Præceptore uſus eſt Cle-
mente quodam Latinis literis, vt
temporibus illis ſatis erudito; neq;
verò Philippus in literis ſolūm pro-
fecit, ſed in pietate multò magis.

Patris nouercam ætate iam deue-

Christi 1524. Clem. VII. Pap. Ætatis. 10. 11.
25. 26. 27. 28. 29. 30. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16.)

xa, eo quo potuit honore semper est
prosequutus, eiq; adeo ille gratus,
acceptusque erat, vt cum patrio so-
lo egrederetur, tanta fuerit affecta
tristitia, tantoq; fauciata dolore, vt
luctu ferè tota consumeretur: inci-
dens verò illa in morbū, ex quo non
conualuit, Philippi nomen in ore
frequentissimè habebat, eumque
quasi coram adesset, sibi nonnun-
quam videre videbatur.

Iesu Christi anno Clem. VII. anno Ætatis anno
1530. 31 7, 8 16, 17

Adolescens patrio solo egreditur.

CVpidus B. Pater, cum sextum &
decimum annum ageret, euan-
gelicæ perfectionis, aduersa quæcū-
que Sanctorum exemplis excitus
patientissimè tolerabat; in febrim
cum incidisset, eam tam facilè tulit,
vt credi vix possit, quando quidē ad
morbū non modò remediū nō pe-
tijt vllum; sed ne ea quidē se vexa-
ri cuiquam aperuit? verūm vbi id

Vitæ lib. 1.

A 3

vna